



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlæ Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romæ, 1616**

De auxilio animarum, communicatione cum externis, & gratitudine erga fundatores, & benefactores. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

*De auxilio animarum, communicatione  
cum externis, & gratitudine erga  
fundatores, & benefa-  
ctores.*

## CAP. VII.

Ministeria So-  
cietatis.

P.4. c.8. §.3.  
et 6. et p.7.c.  
4. §.6. et 7.

Can.21. Co-  
gre. 1. et Can.  
20. Cong. 2.

P.4. c.8. §.5.  
et p.7.c.4. §.8  
Exercit. spiri-  
tualia à quo  
tradentur.

P.6.c.3. §.5.  
Religiosarum  
curam ne su-  
scipiant nostri

66 **D** Et operam, vt à nostris ministeria Societatis iuxta Prouincialis præscriptum, & cuiusque talentum exercentur non solum in nostra, sed etiam in alijs Ecclesijs, carceribus, & alijs locis, quantum commode fieri poterit, nominatimque ministerium doctrinæ Christianæ commendatum habeat.

67 Curet, vt nostri in spiritualibus exercitijs tradendis accurate exercentur, postquam ea in se fuerint experti; nullus tamen deberet ea tradere, nisi prudentia, ac rerum spiritualium vsu satis probatus esset.

68 Non permittat, vt nostri curam mulierum religiosarum suscipiant, & aliarum quarumcunque, vt ordinarie illarum confessiones audiant, vel ipsas regant; quamuis nihil repugnet aliquando apud eas concionari, aut semel vnus Monasterij confessiones speciales ob causas audire, quod tamen non fiet, nisi postulent ij, qui eis præsunt.

69 Etsi

69 Etsi proprium Rectoris officium est, Collegium sibi commissum diligenter, ac fideliter gubernare, neque is propter aliud quidquam huic muneri deesse debet; si quando tamen per officij sui occupationes licebit, & concionari, & confessiones audire, & alia Societatis ministeria exercere poterit.

P. 9. c. 6. §. 1.  
Concionari,  
et Confessiones  
audire potest.

70 Mulieres inuisere, aut ad eas scribere nisi in necessitate, aut cum spe magni fructus, nostros non sinat: neque hoc quidem permittat, nisi viris valde probatis, & prudentibus.

Mulierum visitatio et littere.

71 Non permittat foeminas Collegium nostrum ingredi.

P. 3. c. 1. §. 14.  
Collegium non ingrediantur.

72 Curet, ne primarios viros inuisere, nostri consuescant, nisi sancto studio piorum operum ducerentur, vel quando intima benevolentia in Domino coniuncti essent.

P. 6. c. 2. §. 9.  
Magni viri quando inuisendi.

73 Non sinat offerri munuscula, quae magnatibus ad res maiores obtinendas offerri solent.

P. 6. c. 2. §. 9.  
Munuscula.

74 Non permittat, ut nostri cibum capiant apud externos, aut ab eis, cum aegrotant, visitentur, nisi causa non levis momenti ad id concedendum moueret, quam eandem esse oportebit, si quando externus aliquis ad mensam praesertim Refectorij, inuitandus videretur.

Nostri non capiant cibum apud externos, nec ab eis visitentur cum aegrotant.

75 Amicos conseruare, & eos, qui male erga nos affecti sunt, praecipue si homines sint

Amici conseruandi, etc.

sint

P. 4. c. 10. lit. B. *fint non vulgaris auctoritatis, orationibus, & rationibus conuenientibus in amicitiam reuocare, vel saltem, ne aduersarij sint, efficiere studeat.*

P. 4. c. 1. *76* *Obseruet, quæ erga fundatores, & Gratiudo erga Fundatores, et benefactores. benefactores, tam viuos, quam mortuos obseruanda sunt, eisque gratitudinem exhibeat, & alijs obligationibus, si quas Collegium habet, satisfieri curet.*

*De ijs, qui admitti petunt, ad Collegium diuertunt, aut foras mittuntur.*

## C A P. VIII.

In Societate *77* *IN* Societatem neminem admittat, nisi neminem admittat. à Generali, vel Prouinciali id ipsi committatur: sed de ijs, qui admitti petunt, ad Prouincialem referat, vel scribat, quales illi sint, & quibus donis Dei præditi.

P. 1. c. 1. lit. A. *78* *Si is, qui admitti petit, ad institutum Societatis valde idoneus videbitur, & necessitas vrgeret, poterit eum tanquam hospitem Domi recipere, donec responsum à Prouinciali accipiat, vel ad eundem mittere, si expedire iudicauerit.*

P. 2. c. 4. §. 1. lit. A. *79* *Recedentem sine licentia ab alio loco Societatis, vel ab ea dimissum non admittat; sed si expedire videretur ad Prouincialem de*